



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

II. De Ceremonijs funerum & sepulchri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

accendant, ut nostros diligamus, secundis eorum rebus letemur, aduersis doleamus, et precipuo eorum desiderio afficiamur. Quare pium & Deo gratum officium est lugendi mortuos, si moderatio dignum mune Christiano adhibeatur, quam 1. Thess. 4. Paulus describit, Lugete, inquit, dormientes, non sicut caeteri, qui nullam spem habent immortalitatis & resurrectionis. Si enim credimus, quod IESVS mortuus est & resurrexit & c. Sic Abraham obitum eius sine coniugis suae Sarae deflet & lacrymis spem perfusa fidelibus ossa.

## II.

CEREMONIAE  
funerum.

Pius & perpetuus Ecclesiae ritus sunt funerum ceremoniae, ideo a primis patribus institutae, & cum studio in Ecclesia semper conseruatae, ut de morte, de miserijs humanis, de earum causis, de iudicio Dei, de Christi beneficijs, de immortalitate & uita aeterna se pij commonefaciant, & uitam suam Deo commendent. De his causis plurimae extant gratissimae commonefactiones in intimationibus Philipp.

Loca etiam sepulchrorum, quae communiter conseruata carunt propter spem resurrectionis templis admodum etate, & religiose semper a pijs conseruata sunt. De Sarae, Abraham, Iacob & c. locus sepulturae fuit Bethoron, quasi ut expectarent corpora in eo ipso

uitæ restitutionem, ubi promissio de liberatore uen-  
turo edita erat.

## III.

## DE EMPTIONE.

Cōtractus sunt res honestæ, et Dei ordinationes,  
humano generi traditæ, non tantum propter usus  
uitæ necessarios, sed etiam, ut de Deo nos commune  
faciant. Et enim in cōtractibus seruanda est Arith-  
metica æqualitas, quam iusticia commutatiua requi-  
rit: Sic Deus cum sit iustus, uere est æqualis erga o-  
mnes æqualiter sese habentes iuxta unam normam  
quam proposuit, uerè recipit omnes confugientes  
ad filium, reijcit omnes contemnentes filium & c.

Ostendit aut̄ hæc descriptio Emptionis Abrahæ,  
quanta grauitate sapiens antiquitas contractus ex-  
ercuerit. Contrahit. n. Abraham in publico loco, in  
porta seu curia, adfissentibus plerisq; ciuibus, data et  
accepta utriusq; stipulatione, & numerato precio,  
uidelicet 400 Siclis, qui efficiunt nostræ monetæ du-  
centos aureos Rhenanos, uel 160 Coronatos.

Nam unus Siclus quatuor drachmas seu dena-  
rios continebat. Iam una drachma apud nos ualet  
quatuor solidis Lubecanis, quorum 3 2 efficiunt au-  
reum Rhenensem.

Exod. 30. precipitur filijs Israël, ut singuli quot-  
annis dimidium Sicli, hoc est, quartam partem aurei  
Rhenani ad conseruationem ministerij & Templi  
conferant.

CAPVT